An. et vol. XCVI 6 Februarii 2004 N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus Mariae Maravillas a Iesu Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Dominus adiutor meus et protector meus, in ipso speravit cor meum » (*Ps* 28,7).

Psalmistae verba in vita reperiuntur Mariae Maravillas a Iesu, quae insigni fide imbuta, Deum suae exsistentiae cardinem esse voluit, in quo omnem spem posuit. Quod per fidei, spei caritatisque vitam est testata, id veluti maximum donum Ecclesiae, spiritalibus filiabus ceterisque hominibus quos convenerat exhibuit. Dei voluntatem eiusque gloriam prae omnibus est persecuta.

Beata Maria Maravillas a Iesu die IV mensis Novembris anno MDCCCXCI *Matriti* marchione Aloisio Pidal y Mon, apud Apostolicam Sedem legato, atque Christina Chico de Guzmán y Muñoz parentibus orta est. Domi disciplina humana christianaque apposite est instituta. Divina quidem gratia naturales eius dotes extulit, cui ipsa obsequens fuit. Sanctae Teresiae a Iesu itemque sancti Ioannis a Cruce spiritalitate pellecta, anno MCMXIX Carmelitarum Discalceatarum monasterium in loco *El Escorial* Matriti est ingressa, ubi anno MCMXX religiosum vestimentum induit et anno post temporaria vota nuncupavit. Anno MCMXXIV una cum tribus sororibus religiosis in hospitium quoddam loci *Getafe* Matritensis provinciae ad tempus se contulit, ubi die XXX mensis Maii eodem anno vota sollemnia pronuntiavit, indeque monaste-

rium loci *El Cerro de los Ángeles* aedificandum curavit, quod anno MCMXXVI sollemnitate incidente Christi Regis est inauguratum quodque exinde ipsa antistita rexit. Complura coenobia postea ad Teresianam mentem condidit. Nova instituta, quae etiam in India sunt locata, Dei spiritu eminere debebant, in quibus Ipse suas delicias reperire posset. Compluribus etiam in monasteriis antistitae munus per totam fere suam vitam strenue sustinuit. Matris mente eodemque tempore evangelica firmitudine contemplationis vitam necnon Regulae et Constitutionum observantiam promovit. Sollicite prudenterque operam dedit ut postulantes noviciaeque instituerentur, aequi semper fuit ingenii, omnes dilexit, potissimum aegrotas vetulasque moniales. Humilitate et caritate eminuit. Licet in paupertate ac difficultatibus variis versaretur, Mater Maravillas a Iesu exemplo verbisque fiduciam, tolerantiam et tranquillitatem filiabus iniecit. Communem monialium vitam, earum consecrationi fidelitatem et apostolicum studium coluit. «Sanctae Teresiae Consociationem» condidit, quam Apostolica Sedes anno MCMLXXII comprobavit, ut spiritaliter et materialiter carmelitidum monasteria a se condita aliaque ad ea accessura iuvaret. Obsequentem et oboedientem erga Ecclesiae potestates se praestitit atque cor suum corporis spiritusque necessitatibus Dei populi pauperumque reclusit. Sacerdotes ac Seminarii tirones iuvit itemque collegia puerorum familiarumque domos aedificavit. Corporis spiritusque doloribus affecta est, quae tamen erga Deum fiduciam animique serenitatem servavit. Vim et consolationem ex contemplativa precatione, sacra Eucharistia, in Sacrum Cor, Beatam Mariam Virginem de Monte Carmelo ac Carmelitanos Sanctos pietate, hausit. Haec omnia superavit quia summopere se Dei voluntati aequavit. Sic enim dicere solebat: «Domine, cum vis, ut vis, quod vis: haec est una res, quam volumus ac cupimus». Longas per noctes et spiritus purificationes excelsam vitae mysticae et cum Deo coniunctionis experientiam attigit. Meritis onusta ac in opinione sanctitatis in loco *La Aldehuela* die XI mensis Decembris anno MCMLXXIV obiit. Sanctitatis fama, quam ipsa vivens obtinuit, progrediente tempore increbruit. Archiepiscopus Matritensis anno MCMLXXX beatificationis canonizationisque causam incohavit. His absolutis iure statutis rebus, die X mensis Maii anno MCMXCVIII eam Beatam renuntiavimus.

Miraculum postea eius intercessioni est adscriptum, de quo Inquisitio Dioecesana in Curia ecclesiastica Paranensi Argentinae facta est. Casus feliciter in Congregatione de Causis Sanctorum vestigatus est, atque die XXIII mensis Aprilis, anno MMII, Nobis coram Decretum de miraculo prodiit. Patrum Cardinalium Episcoporumque in Consistorio die VII mensis Martii anno

MMIII coadunatorum auditis sententiis, statuimus ut canonizationis ritus Matriti die IV subsequentis mensis Maii, Nostri apostolici itineris tempore, celebraretur.

Hodie igitur inter sacra hanc ediximus formulam:

En honor de la Santísima Trinidad, para exaltación de la fe católica y crecimiento de la vida cristiana, con la autoridad de nuestro Señor Jesucristo, de los Santos Apóstoles Pedro y Pablo y la Nuestra, después de haber reflexionado largamente, invocado muchas veces la ayuda divina y oído el parecer de numerosos Hermanos en el episcopado, declaramos y definimos Santos a los Beatos Pedro Poveda, José María Rubio, Genoveva Torres, Ángela de la Cruz y María Maravillas de Jesús y los inscribimos en el Catálogo de los Santos, y establecemos que en toda la Iglesia sean devotamente honrados entre los Santos. En el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo.


Spectabilis haec mulier claras dedit religiosae pietatis operumque bonorum testificationes, quae totam suam vitam Deo omnino addixit idque ceteris fidelibus significavit. Exoptamus igitur ut salutifera Domini dona et Evangelii beneficia homines complures affatim adipiscantur eiusdem exemplo suffulti et praesidio.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Matriti, die quarto mensis Maii, anno Domini bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 540.048

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DINDIGULENSIS

In India nova conditur dioecesis Dindigulensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Petitum est nuper ut in India, quibusdam distractis locis a dioecesi Tiruchirapolitana atque a metropolitana sede Madhuraiensi, nova constitueretur dioecesis ad aptius provehendam aeternam salutem Christifidelium ibidem degentium eorumque regimini efficacius consulendum. Qua re, Congregatio pro Gentium Evangelizatione, omnibus mature perpensis habitoque pariter faventi voto Venerabilis Fratris Petri López Quintana, Archiepiscopi titulo Acropolitani atque in praedicta Natione Apostolici Nuntii, admotam postulationem censuit esse accipiendam. Nos igitur, Qui gravissimo fungimur munere supremi Pastoris totius gregis Dominici, talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate haec decernimus. A dioecesi Tiruchirapolitana separamus territoria, patrio sermone « taluk » nuncupata, civilis districtus « Dindigul », quae sunt « Dindigul, Vedasandur, Oddanchatram, Palani ac Natham »; a metropolitana autem sede Madhuraiensi seiungimus territorium sex paroeciarum in eodem civili districtu exstantium, videlicet « Natham, Kamalapuram, Sinnalapatty, Athur, Karisalpatty, Vannampatty »; ex iisque novam dioecesim *Dindigulensem* condimus, quam metropolitanae Ecclesiae Madhuraiensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus. Praeterea iubemus episcopalem sedem poni in civitate *Dindigul* atque templum ibidem situm, Deo in honorem Sancti Ioseph Opificis dicatum, ad dignitatem cathedralis ecclesiae evehimus; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum memoratus Venerabilis Frater Petrus López Quintana, qui, re acta, curabit documenta exaranda sincerisque exemplis Congregationi pro Gentium Evangelizatione mittenda. Hanc denique Constitutionem Nostram iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die tricesimo mensis Octobris, anno Domini bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo sexto.

✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

CRESCENTIUS card. SEPE
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Laurentius Civili, *Protonot. Apost.*
Brennus Chestle, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 549.041

II

PORTUS ABDITI

In Mexico nova conditur dioecesis Portus Abditi.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

A Deo datum spiritale Christifidelium sibi commendatorum emolumentum quam maxime cupiens fovere, Venerabilis Frater Hector González Martínez, sacrorum tunc Antistes Antequerensis, sententia audita Conferentiae Episcopalis Mexicanae, ab hac Sede Apostolica studiose postulavit ut, creditae sibi ecclesiasticae circumscriptionis detracta quadam parte, nova exinde dioecesis erigeretur. Nos itaque, favente eidem consilio Venerabili Fratre Iosepho Bertello, Archiepiscopo titulo Urbis Salviae et in Republica Mexicana Apostolico Nuntio, de consilio Congregationis pro Episcopis, preces ad Nos admotas accipiendas censemus. De plenitudine ideo Apostolicae potestatis Nostrae ab archidioecesi Antequerensi seiungimus integrum territorium Vicariatuum foraneorum vulgari lingua nuncupatorum *Pochutla* et *Pinotepa Nacional*, atque integrum territorium paroeciae dictae *Nuestra Señora de la Natividad de Putla* et locos appellatos *Santiago de Ixtayutla* et *San Juan Bautista de Tataltepec de Valdés* ex Vicariatu foraneo Tlaxiaco. Ex ita distracto territorio novam dioecesim constituimus *Portus Abditi* nuncupandam.

Huius novae dicionis sedem in urbe *Puerto Escondido* statuimus aedemque paroecialem inibi sitam, appellatam titulo *Nuestra Señora de la Soledad*, ad gradum dignitatemque Ecclesiae cathedralis evehimus. Novam praeterea hanc dioecesanam communitatem suffraganeam constituimus Ecclesiae metropolitanae Antequerensi eiusque Episcopum subdimus metropolitico iuri Archiepiscopi illius Sedis. Quod vero ad Consilia in dioecesi instituenda attinet necnon Curiam episcopalem et Seminarium, sacerdotum formationem, bonorum ecclesiasticorum administrationem, sede vacante administratoris electionem, fidelium iura horumque similia, serventur quae sacri canones praescribunt. Documenta insuper et acta quae conditam hanc dioecesim respiciunt, ad eandem Curiam mittantur ibique in tabulario serventur. Simul ac dioecesis Portus Abditi erectio ad effectum deducta fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum officium detinent; ceteri vero clerici Seminariique tirones Ecclesiae illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Haec autem ad singula Nostra mandata exsequenda superius commemoratum Venerabilem Fratrem Iosephum Bertello destinamus, universas necessarias et opportunas ei tribuentes facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet ministrum in ecclesiastica dignitate iam constitutum, onere iniuncto ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplum actus eiusdem peractae exsecutionis remittendi.

Hanc denique Constitutionem Nostram tam nunc quam in posterum ratam esse iubemus, contrariis quibuslibet causis haudquaquam obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die octavo mensis Novembris, anno Domini bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo sexto.

✠ Angelus card. Sodano
Secretarius Status

✠ Ioannes B. card. Re
Congr. pro Episcopis Praef.

Laurentius Civili, *Protonot. Apost.*
Brennus Chestle, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 549.086

III

TOLIARANA

In Madagascaria nova conditur Provincia ecclesiastica, Toliarana appellanda, quae Sedes ad dignitatem archiepiscopalem et metropolitanam attollitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De universo dominico grege solliciti, in cunctas Ecclesias curam continenter conferre solemus, ut salutifera Iesu Christi beneficia quam amplissimam multitudinem attingant. Ideo Nos aptare festinamus ecclesiastica instituta ad proposita haec commodius assequenda et aptius explenda. Quapropter, cum in Madagascaria catholicum nomen feliciter amplificari videamus, his quorum interest rogatis sententiam, de consilio Congregationis pro Gentium Evangelizatione, Apostolica Nostra potestate suffulti, haec quae sequuntur decernimus et statuimus. Seclusis dioecesibus Toliarana, Morembensi, Morondavensi et Tolagnarensi a Sede metropolitana Fianarantsoaënsi, novam ex iis Provinciam ecclesiasticam condimus *Toliaranam* appellandam, eiusdem vocabuli obtinentem Sedem, quam ad archidioecesis metropolitanae gradum attollimus, cuique dioeceses Morembensis, Morondavensis et Tolagnarensis in Madagascaria erunt suffraganeae. Toliaranum Episcopum, in praesentiarum Venerabilem Fratrem Fulgentium Rabeony, S.I., dignitate Archiepiscopi Metropolitae honestamus secundum sacrorum canonum praescripta. Haec omnia ad expedienda Venerabilem Fratrem Brunonem Musarò, Archiepiscopum titulo Abaritanum, atque in Madagascaria Apostolicum Nuntium, legamus. Re demum ad exitum perducta, documenta conficiantur, quorum sincera exempla ad Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur, contrariis rebus minime quibuslibet obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die quarto decimo mensis Novembris, anno Domini bismillesimo tertio, Pontificatus Nostri sexto et vicesimo.

✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

CRESCENTIUS card. SEPE
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Brennus Chestle, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 549.404

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilibus Dei Servis Petro Vitchev, Paulo Djidjov et Iosaphat Chichkov Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Trinitatis mysterium nobis revelat Dei amorem adesse, quo nempe omnes homines amat Deus. Propter fidem nempe in Deo, Patre et Filio et Spiritu Sancto itemque propter Christi dilectionem, Filii Dei humanati, factum est ut Patres Petrus Vitchev, Paulus Djidjov et Iosaphat Chichkov, sacerdotes ac religiosi Congregationis Augustinianorum ab Assumptione suam ipsorum vitam tradere non dubitarent, martyrium ferentes, communistis moderantibus, quemadmodum aliis ecclesiae orthodoxae filiis contigit. Falso insimulati et speculatores habiti in iudicio quodam facticio, torti ignominiaque affecti, die III mensis Octobris anno MCMLII capitis damnati sunt ac die XI subsequentis mensis manuballista in principe Sophiae carcere una cum Vincentio Eugenio Bossilkov, Episcopo Nicopolitano ipsoque die XV mensis Martii anno MCMXCVIII beato renuntiato, sunt necati.

I. Petrus Vitchev die XXIII mensis Maii anno MDCCCXCIII in oppido *Srem* Bulgariae ex familia orthodoxa ortus est, cuius duo ex sex filii sacerdotes facti sunt. Die VIII mensis Septembris anno MCMX Congregationis Augustinianorum ab Assumptione in oppido *Gempe* Belgii novitiatum est ingressus. Die XXII mensis Decembris anno MCMXXI presbyterali ordine Constantinopolitana in urbe in ritu Byzantino-Slavo est insignitus. Ab anno MCMXXX philosophicam tradidit disciplinam ipseque studiorum praefectus fuit in Sancti Augustini collegio Philippopolitano. Existimatus praeceptor, sibi discipulorum et collegarum aestimationem conciliavit. Doctus religiosus, pientissimus ac fidelis, validus quoque evasit sacerdotum institutor atque ardens unitatis Ecclesiae suasor. Cum collegium a communistis clausum esset, Superior factus est seminarii Philippopolitani Vicarius est nominatus sodalium Congregationis Augustinianorum ab Assumptione Bulgarorum, quinque paroeciarum ritus Orientalis et quattuor ritus Latini tutor. Cum multum apud iuvenes posset ideoque peculiariter esset observatus, die IV mensis Iulii anno MCMLII in vincula coniectus est ac conspirationis incusatus.

II. Paulus Djidjov die XIX mensis Iulii anno MCMXIX Philippopoli in Bulgaria ex catholica ritus Latini familia ortus est. Die II mensis Octobris anno

MCMXXXVIII novitiatum Congregationis Augustinianorum ab Assumptione in oppido Gallico *Nozeroy* ingressus est, ipseque ritus Latini die XXVI mensis Ianuarii anno MCMXLV sacro est auctus ordine.

In oeconomicis socialibusque rebus expletis studiis, Odessi docuit iisque peculiariter a militibus observatus, cum magna in iuvenes esset eius potestas. Anno MCMXLV collegii Sancti Augustini, Seminarii Vicariatusque Orientalis nominatus est oeconomus. Ecclesiae bona strenue adversus communistas tuitus est. Captivos invisere solebat pauperesque auxiliari. Vir fuit pius, salsus, perquam fidei ac oecumenici studii repletus. Die IV mensis Iulii anno MCMLII una cum Petro Vitchev captus est.

III. Iosaphat Chichkov Philippopoli die IX mensis Februarii anno MDCCCLXXXIV ex religiosa ritus Latini catholica familia natus est. Cum puer IX annorum Seminarium Adrianopolitanum Congregationis Augustinianorum ab Assumptione esset ingressus, eorum die XXIV mensis Aprilis anno MCM in oppido *Fanaraki* Turciae sumpsit vestimentum atque die XI mensis Iulii anno MCMXIX Mechliniae sacerdos est renuntiatus. Collegii Sancti Augustini oppidi *Plovdiv* et Collegii Sancti Michaelis Odessitani professor itemque Seminarii minoris utriusque ritus «Sanctorum Cyrilli et Methodii» in oppido *Yambol*, Dei Servus suas propter educatoris facultales sibi conciliavit aestimationem ac dilectionem. Eum saepe invisit Angelus Roncalli, tunc temporis in Bulgaria Visitator Apostolicus. Anno MCMXLIX Eugenius Bossilkov eum nominavit parochum Latinum Odessitanum. Paroeciale operosus studiosusque sustinuit munus, cum interea complura scripta ederet. Suam ipse catholicam fidem, in Ecclesiam dilectionem et in Virginem Mariam devotionem testatus est. Mense Decembri anno MCMLI captus est.

Cum nemo sciret essentne necati hi Dei Servi necne, fideles tamen eos germanos martyres putaverunt. Omnium religionum quondam discipuli, fideles sodalesque et concaptivi eorum operae pretiosam servaverunt memoriam.

Anno MCMXCV immutato regimine Ecclesia in Bulgaria cum libertatem obtineret, Exarchus Sophiae Dei Servorum beatificationis causam incohavit. Dioecesanus processus anno MCMXCV ad finem est adductus, cuius vim iuridicam die V mensis Februarii anno MCMXCIX comprobavit Congregatio de Causis Sanctorum. Cum de eorum martyrio ad normam actum esset, die XX mensis Februarii anno MMII peculiaris Consultorum Theologorum sessio felicem ad exitum adducta est. Patres Cardinales die XII mensis Martii anno MMII in ordinaria sessione coadunati iudicarunt tres Dei Servos propter fidei odium esse necatos. Congregatione de Causis Sanctorum comprobante Decretum

super Martyrio confici iussimus, quod die XXIII mensis Aprilis anno MMII prodiit. Statuimus ut beatificationis ritus proximi mensis Maii die XXVI, in sollemnitate Sanctissimae Trinitatis Philippopoli celebraretur, Nostri in Bulgariam itineris tempore.

Hodie igitur inter sacra hanc protulimus formulam:

Ние, удовлетворявайки желанието на Нашите братя Христо Пройков, титулярен Епископ на Бриула, Апостолически Екзарх на София за католиците от Византийско-Славянски Обряд живеещи в България; на Георги Йовчев, Софийско-Пловдивски Епископ, на Петко Христов, Никополски Епископ, на многобройните други братя в епископàта и на многото верни; Конгрегацията по каузата на светците, със Своята Алостолска власт, разрешаваме Божиите Слуги Камен Вичев, Павел Джиджов и Йосафат Шишков от сега да се наричат Ьлажени и всяка година, на 13 ноември, в деня на техния рожден ден за небето, да се чества тяхното възпоменание, на места и по начини, които се уточняват от каноническите предписания. В името на Отца и Сина и Светия Духа.

Quae autem decrevimus, volumus nunc et in futurum tempus vim habeant, contrariis rebus quibuslibet non obstantibus.

Datum Philippopoli, die sexto et vicesimo mensis Maii, anno bismillesimo secundo, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 530.265

II

Venerabili Dei Servo Ioanni Adalberto Balicki Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Bonum mihi quia humiliatus sum, ut discam iustificationes tuas » (*Ps* 119, 71).

His verbis Venerabilis Dei Servus Ioannes Adalbertus Balicki suam sacerdotalis vitae rationem exprimebat nec non erga Dei voluntatem oboedientiam. Haec Psalmi sententia singularis eius precatio facta est eumque totam

per vitam duxit. His verbis cotidianas initiabat meditationes, sibi continue repetens oportere semper humilem esse, sui ipsius oblivisci atque Dei quaerere voluntatem. Ioannes Balicki, qui eximia excelluit humilitate, die XXV mensis Ianuarii anno MDCCCLXIX in loco *Staromieście*, hodie intra Resoviae fines, est ortus. Sequenti die, in ritu Baptismatis, duplex accepit nomen, Ioannem Adalbertum. Apud familiam vere christianam infantiam iuventutemque transegit, exemplum diligenter accipiens tum a honestis devotisque parentibus tum a praeclaris magistris et educatoribus Resoviae. Mense Septembri anno MDCCCLXXXVIII Seminarium Premisliense est ingressus ut, sub optimis sacerdotibus, professoribus et spiritalis vitae moderatoribus, ad Sacerdotium quattuor per annos diligenter se praepararet. Presbyteratus ordine die XX mensis Iulii anno MDCCCXCII exornatus, statim pastorale incohavit ministerium in paroecia v. d. « Polna » optimum se demonstrans praedicatorem, diligentem confessarium et orationi deditum. Quattuor deinde annos Romae apud Pontificiam Studiorum Universitatem Gregorianam studiose disciplinam theologicam inquisivit diligenterque in spiritali progressus est vita. In Poloniam anno MDCCCXCVII reversus, munia quaedam pastoralia obivit atque officium theologiae dogmaticae praeceptoris in Seminario dioecesano Premisliensi. Exercendis in muneribus praefecti, vices gerentis rectoris nec non rectoris Seminarii peculiarem ostendit humilitatem, continuam Dei voluntatis inquisitionem spiritalemque altitudinem. Annis MCMXXXIV-MCMXXXIX navitati pastorali se dedit, administrationi praesertim Paenitentiae sacramenti et spirituum moderamini. Singulari eminuit dono animos humanos perscrutandi, difficultates paenitentium intellegendi atque iusta consilia illis praebendi. Permovebatur magna Dei et proximi caritate quam diligenter Eucharistica pietate nec non continua alebat oratione. Sobrius in loquendo, attente et libenti animo aliorum verba exaudiebat. Mense Februario anno MCMXLVIII grave peripneumonia et tuberculosi est correptus. In valetudinarium receptus, die XV mensis Martii anno MCMXLVIII pie in Domino obdormivit. Sanctimoniae fama crescente post eius obitum, anno MCMLIX Processus beatificationis et canonizationis ab Episcopo Premisliensi est incohatus et anno MCMLXIII conclusus. Omnibus de iure diligenter expletis, Nos die V mensis Decembris anno MCMXCIV declaravimus hunc Venerabilem Dei Servum virtutes theologales et cardinales iisque adnexas heroum in modum exercuisse. Nobis adstantibus, die V mensis Iulii anno MMII decretum super miraculo prodiit quod eiusdem Venerabilis Dei Servi intercessioni est adsignatum. Statuimus igitur ut beatificationis ritus, occasione data itineris Nostri pastoralis, die XVIII mensis Augusti anno MMII Cracoviae perageretur.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

Spełniając życzenie naszych braci Józefa Kardynała Glempa, Arcybiskupa Metropolity Warszawskiego, Józefa Michalika, Arcybiskupa Metropolity Przemyskiego, Franciszka Kardynała Macharskiego, Arcybiskupa Metropolity Krakowskiego i Stanisława Gądeckiego, Arcybiskupa Metropolity Pozańskiego jak również wielu innych braci w biskupstwie oraz licznych wiernych, za radą Kongregacji Spraw Kanonizacyjnych, naszą Władzą Apostolską zezwalamy, aby odtąd Czcigodnym Sługom Bożym: Zygmuntowi Szczęsnemu Felińskiemu, Janowi Balickiemu, Janowi Beyzymowi oraz Sancji Szymkowiak przysługiwał tytuł błogosławionych, i aby ich święta obchodzono w miejscach i w sposób określony przez Prawo. Dla Zygmunta Szczęsnego Felińskiego będzie to corocznie 17 września, dla Jana Balickiego 24 października, dla Jana Beyzyma 12 października, a dla Sancji Szymkowiak 18 sierpnia.

W imię Ojca i Syna, i Ducha Świętego.

Clarus ille sacerdos perdiligentem ostendit spiritalem progressum, Christi eiusque Ecclesiae dilectionem atque Redemptorem hominum in angustiis etiam variisque in difficultatibus fideliter est secutus. A quo ad altiorem in cotidiana vita imitationem Salvatoris incitamur adque sanctitatem et proprii status perfectionem prosequendam invitamur.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Cracoviae, sub anulo Piscatoris, die XVIII mensis Augusti, anno MMII, Pontificatus Nostri quarto et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 530.327

III

Sita in paroecia Sanctae Catharinae Alexandrinae, vulgo nota ut ecclesia rectorialis Sanctorum Michaëlis Archangeli et Stanislai Episcopi et Martyris in loco « Skałka » urbis Cracoviae, ad gradum Basilicae minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — In loco ubi sanctus Stanislaus, Episcopus Cracoviensis et Martyr, suum fudit sanguinem, cum necaretur eucharis-

ticum celebrando Sacrificium, fides catholica per saecula vehementer floret multosque bonos affert fructus. Ibidem insigne exstat templum quod fidelium pietas aedificavit, quod maxime colitur quodque Nos precaturi invisere consuevimus. Quamobrem libentes accepimus postulationem Venerabilis Fratris Nostri S.R.E. Cardinalis Francisci Macharski, Archiepiscopi Cracoviensis, ut ibidem exstructa ecclesia dignitate Basilicae minoris exornaretur. Certiores quidem facti ibidem omnes necessarias esse structuras, celebrationes liturgicas sacrosque assiduos ministros, concedimus eiusmodi petitioni, confisi sane fore ut, intercedente praesertim sancto Stanislao, hoc privilegium valde adiuvet populum Dei illius archidioecesis ad fidem confirmandam divinamque gratiam abundantius etiam consequendam. De consilio ideo Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, potestate Nostra Apostolica per has Litteras statuimus, ut praeclara aedes vulgo nota uti ecclesia rectorialis sanctorum Michaëlis Archangeli et Stanislai, Episcopi et Martyris, sita in paroecia sanctae Catharinae Alexandrinae in loco « Skałka », in urbe et archidioecesi Cracoviensi, titulo et dignitate Basilicae Minoris fruatur, iuribus additis et privilegiis huiusmodi templorum propriis, servatis iis quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die IX mensis Novembris, anno MCMLXXXIX datum, servanda sunt. Cum sancti Stanislai canonizationis recolatur septingentesima quinquagesima memoria, exhortamur ut eius exemplo fideles, accedentes ad hoc templum ad maiorem honorem evectum, firmae fidei et artioris cum beati Petri Successore vinculi dent hodie probandas testificationes.

Haec vero nunc et in posterum firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII mensis Novembris, anno MMIII, Pontificatus Nostri vicesimo sexto.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 549.736

HOMILIA

Romae, in canonizatione trium Beatorum habita.*

1. « Predicate il Vangelo ad ogni creatura ».[1] Con queste parole il Risorto, prima dell'Ascensione, affidò agli Apostoli l'universale mandato missionario. Subito dopo, li assicurò che in tale impegnativa missione avrebbero potuto contare sulla sua costante assistenza.[2]

Queste stesse parole sono risuonate, in modo eloquente, nell'odierna solenne celebrazione. Esse costituiscono il messaggio che ci rinnovano questi tre nuovi Santi: Daniele Comboni, vescovo, fondatore della Congregazione dei Missionari Comboniani del Cuore di Gesù e delle Suore Missionarie Comboniane Pie Madri della Nigrizia; Arnold Janssen, presbitero, fondatore della Società del Verbo Divino, della Congregazione delle Suore Missionarie Serve dello Spirito e della Congregazione delle Suore Serve dello Spirito Santo dell'Adorazione Perpetua; Josef Freinademetz, presbitero, della Società del Verbo Divino.

La loro esistenza mette in evidenza che l'annuncio del Vangelo « costituisce il primo servizio che la Chiesa può rendere a ciascun uomo e all'intera umanità ».[3] L'evangelizzazione, insegnano questi nuovi Santi, oltre a interventi di promozione umana, talora persino rischiosi come testimonia l'esperienza di tanti missionari, comporta sempre un esplicito annuncio di Cristo. Questo è l'esempio e questa è l'eredità preziosa che i tre Santi, elevati oggi alla gloria degli altari, lasciano specialmente alle loro famiglie religiose. Primo compito degli Istituti missionari è la missione ad gentes, da non posporre a nessun altro impegno, pur necessario, di carattere sociale e umanitario.

2. « Tutti i popoli vedranno la gloria del Signore ». Il Salmo responsoriale, che poc'anzi abbiamo cantato, sottolinea l'urgenza della missione ad gentes anche in questi nostri tempi. Sono necessari evangelizzatori dall'entusiasmo e dalla passione apostolica del vescovo Daniele Comboni, apostolo di Cristo tra gli africani. Egli impiegò le risorse della sua ricca personalità e della sua solida spiritualità per far conoscere ed accogliere Cristo in Africa, continente che amava profondamente.

* Die 5 Octobris 2003.

[1] *Mc* 16, 15.

[2] Cfr *Mc* 16, 20.

[3] *Redemptoris missio*, 2.

Come non volgere, anche quest'oggi, lo sguardo con affetto e preoccupazione a quelle care popolazioni? Terra ricca di risorse umane e spirituali, l'Africa continua ad essere segnata da tante difficoltà e problemi. Possa la Comunità internazionale aiutarla attivamente a costruire un futuro di speranza. Affido questo mio appello all'intercessione di san Daniele Comboni, insigne evangelizzatore e protettore del Continente Nero.

3. »Völker wandern zu deinem Licht«.[4] Das prophetische Bild des neuen Jerusalems läßt über allen Völkern das göttliche Licht erstrahlen. Es beleuchtet gut das Leben und das unermüdliche Apostolat des heiligen Arnold Janssen. Sein priesterliches Wirken war erfüllt vom Eifer, das Wort Gottes zu verbreiten. Dazu setzte er auch die neuen Kommunikationsmittel, besonders die Pressearbeit, ein.

Trotz vieler Hindernisse verlor er nicht den Mut. Gerne sagte er: »Die Verkündigung der Frohen Botschaft ist das erste und höchste Werk der Nächstenliebe«. Vom Himmel aus hilft er nun seiner Ordensfamilie, auf seinen Spuren treu weiterzugehen und die bleibende Gültigkeit des Evangelisierungsauftrags der Kirche zu bezeugen.

4. »Sie aber zogen aus und predigten überall«.[5] So beschließt der Evangelist Markus sein Evangelium. Dann fügt er hinzu, daß der Herr nicht aufhörte, das Wirken der Apostel mit der Macht seiner Zeichen zu begleiten. Diesen Worten Jesu entspricht das glaubenserfüllte Zeugnis des heiligen Josef Freinademetz: »Missionar zu sein betrachte ich nicht als ein Opfer, das ich Gott bringe, sondern als die größte Gnade, die Gott mir geschenkt hat.« Mit einer Zähigkeit, die für Menschen aus den Bergen typisch ist, hat dieser hochherzige »Zeuge der Liebe« sich selbst der chinesischen Bevölkerung in Süd-Shantung zum Geschenk gemacht. Aus Liebe und in Liebe nahm er die Lebensbedingungen dieser Menschen an. Dabei folgte er dem Rat, den er selbst seinen Missionaren gab: »Die Missionsarbeit ist umsonst, wenn man nicht liebt und nicht geliebt wird.« Als Vorbild einer evangeliumsgemäßen Inkulturation ahmte dieser Heilige Jesus nach, der die Menschen rettete, indem er ganz und gar ihr Leben teilte.

5. « Andate in tutto il mondo ». I tre Santi, che con gioia oggi onoriamo, ricordano la vocazione missionaria di ogni battezzato. Ogni cristiano è invia-

[4] *Jes* 60, 3.
[5] *Mk* 16, 20.

to in missione, ma per essere autentici testimoni di Cristo occorre tendere costantemente alla santità.[6]

Accogliamo, carissimi fratelli e sorelle, quest'invito che ci viene dall'odierna suggestiva celebrazione. Ci illumini dal Cielo la Regina dei Santi, Stella della nuova evangelizzazione. A Lei ci rivolgiamo con fiducia specialmente in questo mese di ottobre, dedicato al Rosario e alle missioni. Maria Santissima, Regina delle missioni, prega per noi!

ALLOCUTIONES

I

Ad quosdam episcopos Congregationis « De Propaganda Fide » cura congregatos.*

Dear Brothers in the episcopacy!

1. I am pleased to meet you on the occasion of this course of formation organized by the Congregation for the Evangelization of Peoples. I thank you for your visit. I greet each one of you, and through you I wish to embrace the entire Christian People entrusted to your care by Divine Providence, especially the priests, the men and women religious, the catechists and the laypeople actively engaged in spreading the Gospel. I offer a special word of greeting to Cardinal Crescenzio Sepe, Prefect of the Congregation for the Evangelization of Peoples. I thank him for the words addressed to me and for the zeal with which he, together with all his co-workers, is dedicated to the cause of the *missio ad gentes.*

2. Dear and venerable Brother Bishops! By means of your generous dedication, you make the presence of Christ in the world bear fruit and you enrich the various activities of his Church. Your participation in this unique phase of formation, promoted by the Dicastery of *Propaganda Fide*, constitutes a further sign of how much you desire to foster missionary activity

[6] Cfr *Redemptoris missio* 90.

* Die 19 Septembris 2003.

throughout the earth. This is still an urgent apostolic undertaking in our day, and you are called to be its courageous and tireless supporters in the midst of daily difficulties and trials. As I observed in my Encyclical Letter *Redemptoris missio*, in their ministry Bishops are responsible for the evangelization of the world, both as members of the Episcopal College and as Pastors of particular Churches.[1] The proclamation of the Gospel in every part of the globe belongs to Pastors, who have been consecrated not just for a diocese but for the salvation of all the world.[2] "I sense that the moment has come", I wrote in that Encyclical, "to commit all of the Church's energies to a new evangelization and to the mission *ad gentes*. No believer in Christ, no institution of the Church, can avoid this supreme duty: to proclaim Christ to all peoples".[3] The whole Church therefore, in her different parts, is urged to spread the Gospel to the most distant regions of every continent.

3. For you also, dear and venerable Brothers, the call of Jesus resounds forcefully: "Go into all the world and preach the Gospel to the whole creation".[4]

Among your duties is that of transmitting the gift of faith and encouraging your communities to be evangelizers. There is room for everyone in the Lord's vineyard. No one is so poor that he has nothing to give; no one so rich that he has nothing to receive.

May your soul hear every day the echo of the Redeemer's exhortation: *"Duc in altum!"* This is an invitation to cast "spiritual nets" into the sea of the world. In turn, those who trust in the Divine Master experience the wonder of the miraculous catch of fish. This is the promise of Jesus, who does not disappoint those who place their trust in him, like Saint Paul and so many saints who in these millennia have made the Church glorious.

Yes, it is true! "God is preparing a great springtime for Christianity, and we can already see its first signs".[5] Therefore be trustful and look with confidence to the future in every circumstance. The Lord — as he himself has assured us — remains always with us.

4. Be holy! On different occasions I have noted that holiness is the urgent pastoral need of our times. It is a pressing requirement first of all for those

[1] Cf. No. 63.
[2] Cf. *ibid*.
[3] *Redemptoris missio*, 3.
[4] *Mk* 16:15.
[5] *Redemptoris missio*, 86.

whom God has called to serve him more closely. Indeed, in order to be vigilant guardians of the Lord's flock, in order to protect it from all kinds of dangers, in order to feed it with the food of the word and the Eucharist, Pastors themselves must be nourished by intense and constant prayer and must cultivate a deep intimacy with Christ. Only in this way will they become, for priests and for the faithful, examples of fidelity and witnesses of an apostolic zeal enlightened by the Holy Spirit.

Support and development of every apostolic undertaking is found in communion with God. Hence, you, dear and venerable Brothers, must be the first to strengthen your interior life by drawing from the fountain of divine grace, mindful always of the biblical image of Moses praying on the mountain: "Whenever Moses held up his hand, Israel prevailed".[6]

5. No activity, no matter how important, should distract you from this spiritual priority that sets the tone for the apostolic mandate received with episcopal ordination. Jesus, the Good Shepherd, makes you his associates in serving the Christian people as fathers, teachers and pastors. Accompany the unceasing proclamation of the faith with coherent and joyful witness to the Gospel, for "it is primarily by her conduct and by her life that the Church will evangelize the world, in other words by her living witness of fidelity to the Lord Jesus — the witness of poverty and detachment, of freedom in the face of the powers of this world, in short, the witness of sanctity".[7]

In your communities there are living memories of saints, martyrs, confessors of the faith, courageous preachers of the message of salvation, persons who by their very lives more so than by their words made the love of Christ visible and, we could even say, almost physically tangible. Follow in their footsteps! Be pastors who, by their example more than by their words, honour the Gospel and inspire in those around them the desire to know it better and to put it into practice.

May the Blessed Virgin Mary, Queen of the Missions, protect you. I assure you of a daily remembrance in my prayers and I cordially bless you, together with your communities.

[6] *Ex* 17:11.

[7] *Evangelii nuntiandi*, 41.

II

Ad episcopos Ugandae.*

Your Eminence,
Dear Brother Bishops,

1. "Blessed be the God and Father of our Lord Jesus Christ, the Father of mercies and God of all comfort, who comforts us in all our affliction, so that we may be able to comfort those who are in any affliction".[1] With these words of Saint Paul I greet you, the Bishops of Uganda, as you come on pilgrimage to the Tombs of the Apostles. Your presence here today fills me with joy and brings back memories of my visit ten years ago to Uganda. Vividly etched in my mind are the various encounters with you and the faithful of your local communities, especially our gathering at the Shrine of the Ugandan Martyrs to celebrate the holy mysteries of our faith on "the very ground made sacred by their deaths".[2]

Our meetings over these days are moments of grace for all of us as we rejoice in and strengthen the bonds of fraternal communion that unite us in the task of bearing witness to the Lord and spreading the Good News of salvation. To those among your number who are making their first *ad Limina* visit to Rome I offer a special word of greeting. The last time the Ugandan Bishops were here as a body, there was but one ecclesiastical province in your country; now there are four metropolitan sees counting a total of 19 dioceses. This is a very positive sign of the work being done for Christ, the building up of his Church in your country, and is yet another cause for praising the holy name of Jesus.[3]

2. Sadly, parts of your country are currently embroiled in situations of armed conflict and anarchy. In the north especially, the bane of warfare is bringing untold misery, suffering and death, striking out even at the Church and targeting her ministers and her children. In the west and the northeast too episodes of violence and hostility afflict the land, draining the life and energies of your people. Assuring you and your people of my spiritual closeness in these dire circumstances, I join you in condemning every act of bloodshed and destruction. I make an urgent appeal to the parties involved

* Die 20 Septembris 2003.
[1] *2 Cor* 1:3-4.
[2] Meeting with Ugandan Bishops, Kampala, 7 February 1993, 9.
[3] Cf. *Phil* 2:10-11.

to reject aggression and to commit themselves to working with their fellow citizens, courageously and in truth, to build a future of hope, justice and peace for all Ugandans.

The present political and social climate is a clarion call for concrete and far-reaching expressions of the collegial responsibility and communion that unite you in the service of the one "household of God".[4] I urge you to do all that you can to foster among yourselves a true spirit of solidarity and fraternal concern, especially by sharing resources, both material and spiritual, with other local Churches that are in need.

3. As Bishops, you have a serious duty to address issues of particular importance for the social, economic, political and cultural life of your country, to make the Church ever more effectively present in those areas. Working out the implications of the Gospel for Christian life in the world and applying it to new situations is crucial to your ecclesial leadership: this is the time for Catholics — together with other Christians — to bring the freshness of the Gospel to the struggle to defend and promote the fundamental values upon which a society truly worthy of man is built.

In this regard, I wish to encourage the efforts of your Conference in the spheres of health care, education, and development; these serve to show clearly the Church's commitment to the integral well-being of her sons and daughters and of all Ugandans regardless of religious creed. Worthy of particular mention are the various HIV/AIDS initiatives that, in complete harmony with the Church's teaching, seek to assist those affected by this disease and to keep the public duly informed about it.

Le système élaboré par la *Charte des Nations unies* aurait dû « préserver les générations futures du fléau de la guerre, qui deux fois en l'espace d'une vie humaine, a infligé d'indicibles souffrances à l'humanité ».[4] Toutefois, au cours des décennies suivantes, la division de la communauté internationale en blocs opposés, la guerre froide dans une partie du globe, les violents conflits qui ont éclaté dans d'autres régions, le phénomène du terrorisme, ont conduit à un éloignement croissant des prévisions et des attentes de l'immédiat après-guerre.

[4] *Préambule.*

Un nouvel ordre international

7. Il faut toutefois reconnaître que l'Organisation des Nations unies, même avec des limites et des retards liés pour une grande part à des défaillances de ses membres, a contribué notablement à promouvoir le respect de la dignité humaine, la liberté des peuples et l'exigence du développement, préparant ainsi le terrain culturel et institutionnel sur lequel peut être édifiée la paix.

L'action des gouvernements nationaux trouvera un puissant encouragement dans le fait que les idéaux des Nations unies sont largement répandus, en particulier à travers les gestes concrets de solidarité et de paix, accomplis par tant de personnes qui œuvrent au sein des *Organisations non gouvernementales* et dans les *Mouvements* pour les droits de l'homme.

Cela représente une incitation significative pour entreprendre une réforme qui mette l'Organisation des Nations unies en mesure de fonctionner de manière efficace afin d'atteindre ses fins statutaires, toujours valables: « Affrontant une période nouvelle et plus difficile de son développement authentique, l'humanité a besoin aujourd'hui d'un *degré supérieur d'organisation à l'échelle internationale* ».[5] Les États doivent considérer un tel objectif comme une obligation morale et politique précise, qui requiert prudence et détermination. Je renouvelle le souhait que j'avais formulé en 1995: « Il convient que l'Organisation des Nations unies s'élève toujours plus du stade d'une froide institution de type administratif à celui de centre moral, où toutes les nations du monde se sentent chez elles, développant la conscience commune d'être, pour ainsi dire, une "*famille des nations*" ».[6]

La plaie funeste du terrrorisme

8. Le droit international a aujourd'hui du mal à offrir des solutions aux situations conflictuelles découlant des transformations de la physionomie du monde contemporain. En effet, ces situations conflictuelles ont souvent parmi leurs protagonistes des *acteurs qui ne sont pas des États*, mais des groupements issus de la désagrégation des États, ou liés à des revendications indépendantistes ou associés à des organisations criminelles structurées. L'ordre juridique, constitué de normes élaborées tout au long des siècles *pour réguler les rapports entre États souverains,* a du mal à faire face à des conflits dans lesquels agissent également des *organisations qui ne peuvent être identifiées aux*

[5] Encycl. *Sollicitudo rei socialis*, n. 43: *AAS* 80 (1988), p. 575; *La Documentation catholique* 85 (1988), p. 253.

[6] Jean-Paul II, *Discours à la 50e Assemblée générale des Nations unies*, New York, 5 octobre 1995, n. 14: *La Documentation catholique* 92 (1995), p. 922.

caractéristiques traditionnelles du concept d'État. Ceci vaut, en particulier, dans le cas de groupes terroristes.

La plaie du terrorisme est devenue ces dernières années plus virulente et elle a produit d'atroces massacres, qui ont rendu le chemin du dialogue et de la négociation toujours plus hérissé d'obstacles, en exacerbant les esprits et en aggravant les problèmes, en particulier au Moyen-Orient.

Toutefois, pour être victorieuse, *la lutte contre le terrorisme ne peut se limiter seulement à des opérations répressives et punitives.* Il est essentiel que le recours à la force, s'il est nécessaire, soit accompagné d'une analyse courageuse et lucide des *motivations sous-jacentes aux attaques terroristes.* En même temps, la lutte contre le terrorisme doit aussi être menée sur le plan *politique* et *pédagogique:* d'un côté, en supprimant les causes qui sont à l'origine de situations d'injustice qui incitent souvent aux actes les plus désespérés et les plus sanguinaires; de l'autre, en insistant sur une éducation inspirée du respect de la vie humaine en toute circonstance: l'unité du genre humain est, en effet, une réalité plus forte que les divisions contingentes qui séparent les hommes et les peuples.

Dans la nécessaire lutte contre le terrorisme, le droit international est désormais appelé à élaborer des instruments juridiques dotés d'efficaces mécanismes de prévention, de surveillance et de répression de la criminalité. Dans tous les cas, les gouvernements démocratiques savent bien que l'usage de la force contre les terroristes *ne peut justifier le renoncement aux principes d'un État de droit.* Des choix politiques qui rechercheraient le succès sans tenir compte des droits fondamentaux de l'homme seraient inacceptables, car *la fin ne justifie jamais les moyens.*

La contribution de l'Église

9. « Heureux les artisans de paix, ils seront appelés fils de Dieu! » (*Mt* 5,9). Comment ces mots, qui invitent à œuvrer dans l'immense champ de la paix, trouveraient-ils un écho aussi intense dans le cœur humain s'ils ne correspondaient à une aspiration profonde et à une espérance qui vivent en nous de manière indestructible? Et pour quelle autre raison les artisans de paix seraient-ils appelés fils de Dieu sinon parce que Dieu, par nature, est un Dieu de paix? C'est bien pour cela que l'annonce du salut, que l'Église répand dans le monde, contient des éléments doctrinaux d'une importance fondamentale pour l'élaboration des principes nécessaires à une convivialité pacifique entre les nations.

Les événements de l'histoire nous enseignent que l'édification de la paix ne peut se passer du respect d'un ordre éthique et juridique, selon le vieil adage: «*Serva ordinem et ordo servabit te*» (préserve l'ordre et l'ordre te préservera). Le droit international doit éviter que prévale la loi du plus fort. Son but essentiel est qu'«à la force matérielle des armes soit substituée la force morale du droit»,[7] prévoyant des sanctions appropriées contre les transgresseurs, ainsi que des réparations adaptées pour les victimes. Cela doit également valoir pour les gouvernants qui violent impunément la dignité et les droits de l'homme, sous le prétexte inacceptable qu'il s'agit de questions internes à leur État.

En m'adressant au Corps diplomatique accrédité près le Saint-Siège, le 13 janvier 1997, je relevais que le droit international est un instrument de premier ordre pour l'obtention de la paix: «Le droit international a été pendant longtemps un droit de la guerre et de la paix. Je crois qu'il est de plus en plus appelé à devenir exclusivement un droit de la paix conçue en fonction de la justice et de la solidarité. Et, dans ce contexte, *la morale doit féconder le droit*; elle peut même exercer une fonction d'anticipation sur le droit, dans la mesure où elle lui indique la direction de ce qui est juste et bien».[8]

On note l'importance de la contribution doctrinale proposée par l'Église au cours des siècles, grâce à la réflexion philosophique et théologique de nombreux penseurs chrétiens, pour orienter le droit international vers le bien commun de la famille humaine tout entière. En particulier, dans l'histoire contemporaine, les Papes n'ont pas hésité à mettre en relief l'importance du droit international comme gage de paix, car ils avaient la conviction que «c'est dans la paix qu'est semée la justice, qui donne son fruit aux artisans de la paix» (*Jc* 3,18). L'Église est engagée sur cette voie, avec les moyens qui lui sont propres, à la lumière sans déclin de l'Évangile et avec le secours indispensable de la prière.

La civilisation de l'amour

10. Au terme de ces réflexions, j'estime toutefois de mon devoir de rappeler que, pour l'établissement d'une paix véritable dans le monde, *la justice doit trouver son complément dans la charité*. Certes, le droit est la première route à suivre pour atteindre la paix. Les peuples doivent être éduqués au respect de ce droit. Mais on n'arrivera pas au terme du chemin si la justice

[7] Benoît XV, *Appel aux Chefs des États en guerre*, 1er août 1917: *La Doctrine sociale de l'Église à travers les siècles*, Paris-Bâle-Rome (1970), p. 2929.

[8] *La Documentation catholique* 94 (1997), p. 156.

n'est pas complétée par l'amour. Justice et amour apparaissent parfois comme *des forces antagonistes*. Ils ne sont en vérité que *les deux faces d'une même réalité,* les deux dimensions de l'existence humaine qui doivent se compléter mutuellement. L'expérience historique nous le confirme. Elle montre comment la justice a souvent de la peine à se libérer de la rancune, de la haine et même de la cruauté. *Seule, la justice ne suffit pas*. Elle peut même en arriver à se nier elle-même, si elle ne s'ouvre pas à cette force plus profonde qu'est l'amour.

C'est pour cela que, plus d'une fois, j'ai rappelé aux chrétiens et à toutes les personnes de bonne volonté *la nécessité du pardon* pour résoudre les problèmes entre les personnes comme entre les peuples. Il n'y a pas de paix sans pardon! Et je le répète encore en cette circonstance, alors que j'ai en particulier sous les yeux la crise qui continue à se déchaîner en Palestine et au Moyen-Orient: une solution aux très graves problèmes dont souffrent depuis trop longtemps les populations de ces régions ne pourra pas être trouvée tant que l'on ne se décidera pas à dépasser la logique de la simple *justice* pour s'ouvrir aussi à celle du *pardon*.

Le chrétien le sait: l'amour est la raison qui fait que Dieu entre en relation avec l'homme. Et c'est encore l'amour qu'Il attend comme réponse de l'homme. L'amour est de ce fait *la forme la plus haute et la plus noble de relation* des êtres humains entre eux aussi. L'amour devra donc animer tous les secteurs de la vie humaine et s'étendre également à l'ordre international. Seule une humanité dans laquelle règne la «civilisation de l'amour» pourra jouir d'une paix authentique et durable.

Au seuil d'une nouvelle année, je désire rappeler aux femmes et aux hommes de toute langue, de toute religion et de toute culture l'antique maxime: «*Omnia vincit amor*» (L'amour est vainqueur de tout)! Oui, chers Frères et Sœurs de toutes les parties du monde, au terme, c'est l'amour qui vaincra! Que chacun s'emploie à hâter le moment de cette victoire! En fin de compte, c'est à cette victoire qu'aspire le cœur de tous.

Du Vatican, le 8 décembre 2003.

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

VALENTINENSIS seu VIVARIENSIS

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Petri Vigne, sacerdotis dioecesani, fundatoris Congregationis Sororum a SS. Sacramento (1670-1740)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« Dilexit suos in finem » (*Io* 13, 1).

Domini Iesu exemplum secutus, qui humani generis dilectione semetipsum Patri obtulit, Petrus Vigne, presbyter, vitam impendit fidei inter magis derelictos aetatis suae christianos, pueros praesertim et adulescentes, excitandae atque confirmandae. Cuius pietatem et pastoralem caritatem aluerunt intima coniunctio cum « Iesu Christo patienti et in Cruce morienti » et Eucharistia, quam Ipsius « memoriam » praedicamus simulque « totius vitae christianae fontem et culmen » (Conc. Oecum. Vat. II, *Lumen gentium,* 11; cf. Ioannes Paulus PP. II, Litt. Enc. *Ecclesia de Eucharistia*, c. II).

Qui misericors presbyter et humilis natus est die 20 mensis Augusti anno 1670 in loco *Privas* in Gallia, id est in vico dioecesis Vivariensis, cuius tum incolae bellis de religione dissociabantur. In Ecclesia Catholica baptizatus, in societate et communitate familiae suae et paroeciae liberaliter ad humana et christiana praecepta institutus est; cuius fidem ac divinae gratiae docilitatem Iesus in Eucharistia obvius ad maturitatem perduxit. Anno 1690 ingressus est Seminarium Vivariense, in quo ducibus S. Sulpicii patribus sacerdotium capessendum meditatus est. Ordinem presbyteratus recepit die 18 mensis Septembris anno 1694, et exinde magis magisque industrius factus est pastor, ea quidem in regione in qua presbyteri, sedem ministerii ad breve tempus incolentes, christifideles, quorum curam in se receperant, interdum neglegebant. Benignus igitur exstitit pastor, ipseque sedulus et gregi sibi commisso serviens indefesse. Postquam aliquot annos ministerium paroeciale in loco *Saint-Agrève* exercuerat, anno 1700 Lugduni ingressus est Congregationem Missionis a Sancto Vincentio de Paul conditam. Cum porro firmam missio-

nariam institutionem oboediens ac fervens recepisset, una cum aliquot confratribus in nonnullis urbibus et pagis sacrum exercuit ministerium. Cum tamen ad aliud iter faciendum vocaretur a Domino, sua sponte superioribusque consentientibus Lazaristas relinquens, proprio hortante Episcopo, ministerium suscepit quo itinerans missiones ad populum et sacras orationes per paroecias haberet; quod ardens et efficax apud simplices homines, eosque qui ab Ecclesia defecissent, usque ad extremum spiritum persecutus est. Nam fide et caritate fervens Iesum studebat ut omnes gentes ubique terrarum cognoscerent, diligerent Ipsique servirent, qui propter Christum incommoda itinerum, hominum repugnantiam et caeli intemperiem subire paratus, longos quoque dies egit ad altare, in pulpito vel ad confessionum tribunal, aegrotos visit, per orationem vigilavit. Hic sese abnegandi studio, animi fortitudine suique oblationis perseverantia adeo praestavit ut nullo impedimento detineri sineret. Invictus ad laborem, quotiescumque de Iesu Christo praedicando ageretur, dogmata fidei subtiliter edocebat, suam devotionem in Crucem propagabat, assidue Eucharistiam celebrabat et adorabat, praecipiens fidelibus ut augustissimum altaris Sacramentum adorarent. In vico *Boucieu-le-Roi,* ubi sedem ac domicilium habebat, ab anno 1712 ad annum 1722 mirae magnitudinis Calvariam Viamque Crucis, quae per undequadraginta stationes secus colles acclives spargeretur, erigendam curavit; ad quem locum usque in praesens magno concursu tenditur, non modo sacrarum peregrinationum causa, sed etiam quia Evangelii nuntiandi instaurationisque christianae fons ac sedes exstat. Ipse, quo uberiorem sibi eucharisticam pietatem pareret atque conformaret, anno 1724 suum dedit nomen in Associationem Sacerdotum a SS. Sacramento, quam episcopus Christophorus d'Authier de Sisgaud constituerat anno 1632. Ad ministerii sacerdotalis existimationem et dignitatem apud confratres presbyteros excitandam, quibus et liturgiae sensum ac studium renovaret, adque usum Sacramentorum, praesertim Baptismatis, Eucharistiae et Paenitentiae, fidelibus inculcandum, ipse suo valuit exemplo. Per sacras habitas orationes, libros typis editos et cantica ab ipso composita, per opera denique suae caritatis suique ministerii, propriam dilectionem in finem diffudit. Cumque uberrima apostolica navitate floreret, nihil inde gloriae sibi, sed Deo tantum acquisivit. Is numquam spe deficiens omnia a Deo exspectabat, qui divinae Providentiae confidens se omni molestia expedivit sibique ipsi diffisus est ut Dei se voluntati committeret. Ecclesiam, tunc discissam, fideliter dilexit, pro cuius unitate oravit et enixus est, Summo Pontifici et Episcopis obsequens, idemque Tridentinae Synodi decretis parens. Eius vita spiritualis eiusque alacer apostolatus in

Dei verbo radices agebant. Quas spiritales divitias a Deo acceperat, vitae quoque consecratae in usum impendit. Nam anno 1713 nonnullas mulieres congregavit, quae «pios viatores ad Calvariam iter facientes comitarentur»; quarum postulationi concedens, anno 1715 habitum et regulam vitae tradidit, novum Institutum religiosum condens, quod in praesentiarum Congregatio Sororum a SS. Sacramento nuncupatur. Quibus suae ferventis eucharisticae pietatis suaeque caritatis heredibus instanter commendavit ut colerent Sacrificium Augustum et adorationem Eucharistiae, quae «pulchrum Ecclesiae sol» et «Divinae Caritatis Thesaurus» praedicatur, necnon Mariam, «insigne Dei in hominibus Tabernaculum» et «humilem ancillam Domini», devota imitatione prosequerentur. Valde sollicitus de educatione puerorum, qui sunt «Ecclesiae spes postera», maximeque puellarum, «quae aliquando matres familias fient», ludos aliquos aperiens suis Sororibus concredidit, moderatrices quoque instituens, quae adulescentes efformarent. Fidem suae praedicationi addidit per promptam et humilem caritatem in Deum et proximum, quam praesertim testificatus est alacri pastorali navitate, consiliis et subsidiis quae confratribus suppeditavit, liberalitate in Sorores ne iis quae opus essent carerent, flagranti zelo peccatores convertendi, maximo studio erga derelictos, haud exceptis iis qui pestilentia laborarent, idem benignus in egenos et misericors in errantes, paratus denique comitate absque discrimine cuipiam famulari. Ipse nullis vitae suae adiunctis quicquam peculiaris iuris sibi vindicavit, providens vero ut unicuique, maximeque pusillis, omnia debita tribuerentur. Talis vir exemplo fuit ob prudentiam cum in sua aliorumque sanctificatione tum suis Sororibus instituendis adhibitam, idem temperans suumque corpus coërcens, patiens, in laboribus apostolicis fortis, castus, rebus terrenis non addictus, in via sanctitatis perseverans, qui, humilitate quemvis in locum sectante, omni tempore simplicem ac modestum se praebere valuit. Hunc Servum suum inter apostolicam navitatem Dominus ad se vocavit die 8 mensis Iulii anno 1740 in loco *Rencurel*, id est in vico dioecesis Gratianopolitanae.

Fama sanctitatis, quae viventem prosecuta erat, usque in praesens tempus permansit, quamvis olim nomen christianum in Gallia variis rerum mutationibus esset perturbatum. Causa beatificationis et canonizationis inita, duplex Processus Informativus celebratus est in dioecesibus Valentinensi (anno 1893) et Vivariensi (anno 1894); anno autem 1989 Processus Suppletivus celebratus est in dioecesi Vivariensi. Quorum vis iuridica agnita est a Congregatione de Causis Sanctorum per decretum die 22 mensis Octobris anno 1993 latum. Positione a Consultoribus Historicis die 30 mensis Septem-

bris anno 1997 perlecta, disceptatum est deinde secundum normas utrum Servus Dei virtutes gradu heroico exercuisset. Die 28 mensis Februarii anno 2003 habitus est, felici cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria die 20 mensis Maii eiusdem anni congregata, Exc.mo Xaverio Echevarría Rodríguez, Episcopo titulo Cilibiensi, Causae Ponente, confessi sunt Servum Dei virtutes theologales, cardinales iisque adnexas in gradu heroico exercuisse. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Petri Vigne, Sacerdotis dioecesani, Fundatoris Congregationis Sororum a SS. Sacramento, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 30 Decembris 2003. —Titulari episcopali Ecclesiae Theleptensi R.P. Velasium De Paolis, Congregationis Missionariorum a S. Carolo sodalem, Supremi Tribunalis Signaturae Apostolicae a Secretis.

die 2 Ianuarii 2004. — Cathedrali Ecclesiae Greensburgensi, R.D. Laurentium Eugenium Brandt, e clero dioecesis Eriensis ibique Curiae cancellarium et paroeciae Santae Hedvigis curionem.

die 3 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Irapuatensi, noviter erectae, Exc. mum P.D. Iosephum a Iesu Martínez Zepeda, hactenus Episcopum titularem Naratcatensem et Auxiliarem archidioecesis Mexicanae.

die 7 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Iundiaiensi, Exc.mum P.D. Aegidium Antonium Moreira, hactenus Episcopum titularem Turrensem in Mauretania et Auxiliarem Sancti Pauli in Brasilia.

— Archiepiscopum Coadiutorem Kansanopolitanum in Kansas, Exc. mum P.D. Iosephum F. Naumann, hactenus Episcopum titularem Capitis Cillensis et Auxiliarem archidioecesis Sancti Ludovici.

die 8 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Anconitanae-Auximanae Exc.mum P.D. Eduardum Menichelli, hactenus Archiepiscopum Theatinum-Vastensem.

die 10 Ianuarii. — Coadiutorem dioecesis Puteolanae Exc.mum P.D. Ianuarium Pascarella, hactenus Episcopum dioecesis Arianensis Hirpinae-Laquedoniensis.

— Metropolitanae Ecclesiae Vancuveriensi Exc.mum P.D. Raimundum Roussin, S.M., hactenus Episcopum Victoriensem in Insula Vancouver.

die 13 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Elnensi R. D. Andream Marceau, e clero archidioecesis Burdigalensis, ibique hactenus Vicarium episcopalem.

die 15 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Terulensi et Albarracinensi R.D. Iosephum Emmanuelem Lorca Planes, hactenus in dioecesi Carthaginensi in Hispania Vicarium generalem.

die 16 Ianuarii. — Episcopum Coadiutorem Galvestoniensem-Houstoniensem, Exc.mum P.D. Danielem N. DiNardo, hactenus Episcopum Siopolitanum.

die 21 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Liberationis Marianae R. D. Armandum Bucciol, e clero dioecesis Victoriensis Venetorum, hactenus Seminarii minoris dioecesis Caëtitensis rectorem.

die 24 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Pudentianensi R.D. Ladislaum Kiss-Rigó, Supremi Consilii Catholicarum Scholarum in archidioecesi Strigoniensi-Budapestinensi rectorem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Marazanensi R.D. Georgium Udvardy, Vicarium generalem archidioecesis Strigoniensis-Budapestinensis et curionem paroeciae in urbe vulgo Szent Ersébet, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Neocastrensi R. D. Aloisium Cantafora, e clero archidioecesis Crotonensis-Sanctae Severinae, ibique paroeciae Sancti Dominici parochum.

die 28 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Apparitiopolitanae Exc. mum P.D. Raimundum Damasceno Àssis, hactenus Episcopum titularem Novapetrensem et Auxiliarem archidioecesis Brasiliapolitanae.

— Metropolitanae Ecclesiae Bellohorizontinae Exc.mum P.D. Walmor Oliveira de Azevedo, hactenus Episcopum titularem Calabriensem et Auxiliarem archidioecesis Sancti Salvatoris in Brasilia.

— Metropolitanae Ecclesiae Brasiliapolitanae Exc.mum P.D. Ioannem Braz de Aviz, hactenus Archiepiscopum Maringaënsem.

die 31 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Capitis Cillensis R.D. Ioannem Navarro Castellanos, e clero dioecesis Sancti Ioannis a Lacubus, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Acapulcanae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Novapetrensi Exc.mum D. Raphaelem Funghini, e clero dioecesis Arretinae-Cortonensis-Biturgensis, Consilii de iudiciis publicis in Civitate Vaticana recognoscendis praesidem, quem archiepiscopali dignitate ornavit.

die 4 Februarii. — Praelaturae Territoriali Huariensi Exc.mum P.D. Ivonem Baldi Gaburri, hactenus Episcopum Huarazensem.

— Cathedrali Ecclesiae Cimbotiensi Exc.mum P.D. Angelum Franciscum Simón Piorno, hactenus Episcopum Caiamarcensem.

die 4 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Huarazensi Exc.mum P.D. Iosephum Eduardum Velásquez Tarazona, hactenus Episcopum Coadiutorem Tacnensem et Moqueguensem.

— Cathedrali Ecclesiae Huachensi Exc.mum P.D. Antonium Santarsiero, O.S.I., hactenus Episcopum Praelatum Huariensem.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum per Apostolicas sub plumbo Litteras praefecit:

die 4 Octobris 2003. — Metropolitanae Ecclesiae Yaundensi Exc.mum P.D. Victorem Antonium Backot, hactenus Episcopum Edeanum.

— Metropolitanae Ecclesiae Nagasakiensi Exc.mum P.D. Iosephum Mitsuaki Takami, P.S.S., hactenus Episcopum titularem Munatianensem et Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Mocoënsi-Sibundoyensi R.D. Aloisium Albertum Parra Mora, hactenus Vicarium generalem dioecesis Yopalensis.

— Cathedrali Ecclesiae Tsiroanomandidyensi R.P. Gustavum Bombin Espino, O.S.S.T., hactenus parochum et moderatorem territorii missionarii *Maintirano* prope Fretum Mozambicanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Flumenpiscensi R.P. Filomenum do Nascimento Vieira Dias, hactenus vices gerentem rectoris Universitatis Studiorum Catholicae in Angola et rectorem Seminarii maioris archidioecesis Luandensis, quem constituit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 30 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Seguensi R.D. Augustinum Traoré, Seminarii maioris Bamakoënsis rectorem.

— Cathedrali Ecclesiae Abenguruensi R.D. Ioannem Iacobum Koffi Oi Koffi, hactenus Vicarium generalem eiusdem dioecesis et parochum cathedralis templi.

die 30 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Embuensi R.D. Antonium Muheria, e clero praelaturae personalis Sanctae Crucis et Operis Dei.

— Cathedrali Ecclesiae Dindigulensi, noviter conditae in India, Exc.mum P.D. Antonium Pappusamy, hactenus Auxiliarem archidioecesis Madhuraiensis et Episcopum titulo Zabaënsem.

— Cathedrali Ecclesiae Anuradhapurensi R.P. Norbertum Andradi, sodalem Congregationis Missionariorum Oblatorum B.M.V. Immaculatae, hactenus moderatorem Scholastici Instituti O.M.I. in oppido vulgo Kandy et consiliarium provincialem.

— Cathedrali Ecclesiae Georgiopolitanae R.P.D. Franciscum Alleyne, O.S.B., hactenus Abbatem monasterii loci Tunapuna in Civitate Trinitatis et Tobagi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cellensi in Mauretania R.D. Gabrielem Iustinum Yaw Anokye, professorem et vices gerentem rectoris Seminarii regionalis S. Petri in oppido *Pedu*, a Litore Aureo, quem constituit Auxiliarem archidioecesis Kumasiensis.

die 14 Novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Toliaranae, noviter erectae, Exc.mum P.D. Fulgentium Rabeony, S.I., hactenus Episcopum eiusdem sedis episcopalis.

— Metropolitanae Ecclesiae Calabarensi Exc.mum P.D. Iosephum Edra Ukpo, hactenus Episcopum Ogogiaënsem.

— Cathedrali Ecclesiae Isseleukuanae R.D. Michaelem Odogwu Elue, hactenus decanum Facultatis Theologiae apud Seminarium maius Uhielense.

— Cathedrali Ecclesiae Mindelensi, noviter conditae in Promunturio Viridi, R. D. Arlindo Gomes Furtado, hactenus parochum cathedralis templi Mindelensis.

die 12 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Macontanae R.P. Paulum Hinder, O.F.M.Cap., definitorem generalem eiusdem Ordinis, quem constituit Auxiliarem Vicariatus Apostolici Arabiae.

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Congregatio pro Gentium Evangelizatione ad suum beneplacitum renuntiavit:

die 25 Septembris 2003. — Exc.mum P.D. Mariam Danielem Dadiet, Episcopum Katiolaënsem, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Korhogoënsis.

die 18 Octobris. — Exc.mum P.D. Victorem Antonium Backot, Archiepiscopum Yaundensem, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Edeanae.

die 26 Octobris. — Exc.mum P.D. Franciscum Xaverium Yombandje, Episcopum Kagiensem-Bandorensem, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Bossangoënsis.

die 7 Decembris. — Exc.mum P.D. Michaelem Russo, M.C.C.I., Episcopum Dobanum, Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis» dioecesis Munduensis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 9 Gennaio 2004, S.E. il Signor Giuseppe Balboni Acqua, Ambasciatore d'Italia presso la Santa Sede.

Sabato, 10 Gennaio 2004, S.E. il Signor Kouamé Benjamin Konan, Ambasciatore di Costa d'Avorio presso la Santa Sede.

Sabato, 10 Gennaio 2004, S.E. il Signor Bambang Prayitno, Ambasciatore di Indonesia presso la Santa Sede.

Venerdì, 30 Gennaio 2004, S.E. il Signor Chou-Seng Tou, Ambasciatore della Repubblica di Cina presso la Santa Sede.

Ha, altresì, ricevuto in Udienza:

Giovedì, 8 Gennaio 2004, S.E. il Signor Ivo Sanader, Primo Ministro della Repubblica di Croazia.

Lunedì, 12 Gennaio 2004, l'Ecc.mo Corpo Diplomatico accreditato presso la Santa Sede.

Giovedì, 15 Gennaio 2004, i Presidenti e le Giunte di governo della Regione Lazio, del Comune e della Provincia di Roma.

Giovedì, 22 Gennaio 2004, S.E. il Signor Guido de Marco, Presidente di Malta.

Venerdì, 23 Gennaio 2004, S.E. il Signor José Maria Aznar, Presidente del Governo di Spagna.

Martedì, 27 Gennaio 2004, l'On. Richard B. Cheney, Vice Presidente degli Stati Uniti d'America.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

10 gennaio 2004 S.E. mons. Diego Causero, Arcivescovo tit. di Grado, *Nunzio Apostolico nella Repubblica Ceca.*

17 » » S.E. mons. Ramiro Moliner Inglés, Arcivescovo tit. di Sarda, *Nunzio Apostolico in Etiopia e in Gibuti e Delegato Apostolico in Somalia.*

22 » » Mons. Paul Richard Gallagher, Arcivescovo tit. el. di Hodelm, *Nunzio Apostolico in Burundi.*

27 » » S.E. mons. Renzo Fratini, Arcivescovo tit. di Botriana, *Nunzio Apostolico in Nigeria.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

19 dicembre 2003 S.E. mons. Stanisław Ryłko, Arcivescovo tit. di Novica, *Membro della Congregazione per i Vescovi « ad quinquennium »*

22 » » S.E. mons. Angelo Amato, Arcivescovo tit. di Sila, *Consultore del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani « ad quinquennium ».*

30 » » P. Velasio De Paolis, C.S., Vescovo tit. el. di Telepte, *Segretario del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Frédéric Etsou-Nzabi-Bamungwabi; Dionigi Tettamanzi; Polycarp Pengo; Francis Eugene George; Francisco Javier Errázuriz Ossa; Lubomyr Husar; le LL.EE. i mons.ri Michael Louis Fitzgerald, Arcivescovo tit. di Nepte; Mark Benedict Coleridge, Vescovo tit. di Teveste; Fabio Duque Jaramillo, Vescovo di Armenia, *Membri del Pontificio Consiglio della Cultura « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Józef Glemp; Francis Arinze; Antonio María Rouco Varela e le LL.EE. i monsignori: Rosendo Huesca Pacheco; Raphael S. Ndingi Mwana'a Nzeki; Józef Mirosław Życiński; Joseph Doré; Anselme Titianma Sanon; William Benedict Friend; Donal Brendan Murray; Adrianus Herman Van Luyn, *Membri del Pontificio Consiglio della Cultura « in aliud quinquennium ».*

30	dicembre	2003	Mons. Peter D. Fleetwood; i professori Pedro Morandé, Nurukuor Claude Somda, Alfredo Augusto García Quesada; il sig. Léon Zeches; la sig.na Manuelita Nuñez; le signore Maria Eugenia e Agnès Adjaho Avognon; la sig.na Annie Lam Shun-Wai, *Consultori del Pontificio Consiglio della Cultura « ad quinquennium »*.
»	»	»	S.E. mons. Theotonius Gomes; i monsignori Carlos Manuel de Céspedes García-Menocal, Bruno Forte, Werner Freistetter; i sacerdoti Pierre Gaudette, Jean Mbarga; i padri John Mansford Prior, S.V.D., Ivan Marko Rupnik, S.I.; i prof.ri Gaspare Mura, Yoshio Oyanagi e il sig. Krysztof Zanussi, *Consultori del Pontificio Consiglio della Cultura « in aliud quinquennium »*.
1	gennaio	2004	Mons. Franco Piva e mons. François Duthel, *Capi Ufficio nella Sezione per gli Affari Generali della Segreteria di Stato.*
2	»	»	Mons. Vincenzo Di Mauro, *Delegato della Sezione Ordinaria dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica « ad quinquennium »*.
27	»	»	Mons. Vito Rallo, *Inviato Speciale, Osservatore Permanente della Santa Sede presso il Consiglio di Europa a Strasburgo.*
»	»	»	Don George Palackapilly, S.D.B., *Consultore del Pontificio Consiglio della Cultura « in aliud quinquennium »*.
29	»	»	Mons. Enrique Planas y Coma, *Capo Ufficio nel Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali.*
30	»	»	Il prof. avv. Giovanni Giacobbe, *Promotore di Giustizia presso la Corte d'Appello dello Stato della Città del Vaticano « in aliud quinquennium »*.
31	»	»	L'Ill.mo e Rev.mo Monsignor Antoni Stankiewicz, *Decano del Tribunale della Rota Romana.*

Si rende noto che i sacerdoti Eleuterio Cordova Valenzuela e Stefano Mareggini sono stati nominati « Giudici esterni » del Tribunale regionale del Lazio per le cause di nullità di matrimonio, sedente presso il Vicariato di Roma.

Protonotari Apostolici soprannumerari

18	dicembre	2003	Mons. Ernesto Menghini (Trento)
»	»	»	Mons. Giuseppe Zadra (Trento)

Prelati d'onore di Sua Santità

18	dicembre	2003	Mons. Joaquín Vázquez Ávila (Yucatán)
29	»	»	Mons. Gérald LeBlanc (Yarmouth)
»	»	»	Mons. Torbjorn Olsen (Trondheim)

29	dicembre	2003	Mons. Horst Michael Rauter (Gurk)
»	»	»	Mons. Marian Stanisław Szczepiński (Pelplin)
30	»	»	Mons. Jacques Vernay (Lyon)

Cappellani di Sua Santità

10	dicembre	2003	Il sac. Fernando Ramos Pérez (Santiago de Chile)
»	»	»	Il sac. Philip Whitmore (Westminster)
18	»	»	Il sac. Juan Ramón Areitio (Opus Dei)
»	»	»	Il sac. Juan Ignacio Arrieta (Opus Dei)
»	»	»	Il sac. Robert Bucciarelli (Opus Dei)
»	»	»	Il sac. Mario Josefino Frondosa Martínez (Capiz)
»	»	»	Il sac. Giuseppe Grosselli (Trento)
»	»	»	Il sac. Aidan Hamill (Dromore)
»	»	»	Il sac. George Charles Michalek (Lansing)
»	»	»	Il sac. George Rossman (Opus Dei)
»	»	»	Il sac. Carlos Trujillo Selem (Yucatán)
24	»	»	Il sac. John Kozar (Pittsburgh)
29	»	»	Il sac. Robert J. Batule (Rockville Centre)
»	»	»	Il sac. Giuseppe Carrella (Hola)
»	»	»	Il sac. Romualdo de Poli (Pistoia)
»	»	»	Il sac. Johann Dersula (Gurk)
»	»	»	Il sac. John Doherty (Achonry)
»	»	»	Il sac. Ewald Kiener (Ordinariato Militare d'Austria)
»	»	»	Il sac. Stanisław Lenz (Pelplin)
»	»	»	Il sac. Hubert Luxbacher (Gurk)
»	»	»	Il sac. Michael Kevin Magee (Philadelphia dei Latini)
»	»	»	Il sac. Josef Marketz (Gurk)
»	»	»	Il sac. Ivan Olip (Gurk)
»	»	»	Il sac. Domenico Panico (Hola)
»	»	»	Il sac. Giovanni Pasquelli (Massa Carrara-Pontremoli)
»	»	»	Il sac. Antonio Pianini (Massa Carrara-Pontremoli)
»	»	»	Il sac. Jorge Quiñones Alecio (Sololá-Chimaltenango)
»	»	»	Il sac. Ferruccio Sant (Vittorio Veneto)
»	»	»	Il sac. Leopold Silan (Gurk)
»	»	»	Il sac. Józef Talkowski (Pelplin)
»	»	»	Il sac. Francesco Toffoli (Vittorio Veneto)
»	»	»	Il sac. Jan Walkusz (Pelplin)
»	»	»	Il sac. Hugo Wurzer (Gurk)
»	»	»	Il sac. Roberto Zagnoli (Ravenna-Cervia)
»	»	»	Il sac. Vito Zani (Massa Carrara-Pontremoli)

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno

4	dicembre	2003	Al sig. Henri Ndiaye-Thiasse (*Senegal*)

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno

20	dicembre	2003	Al sig. Augusto Ranieri (Roma)
»	»	»	Al sig. Paolo Mennini (Roma)

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno

18	dicembre	2003	Al sig. Jean Wallet (Nice)
20	»	»	Al sig. Francesco Anastasi (Roma)
»	»	»	Al sig. Bruno de Angelis (Roma)
»	»	»	Al sig. Eduardo Lacetera (Roma)
»	»	»	Al sig. Stefano Lori (Roma)
»	»	»	Al sig. Alessandro Marianetti (Roma)
»	»	»	Al sig. Miguel Rosa Verjano (Roma)

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro

6	dicembre	2003	Al sig. Bo Theutenberg (*Svezia*)

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro

18	dicembre	2003	Al sig. Pietro Bortolotti (Roma)
»	»	»	Al sig. Giacomo Carnevali (Bologna)
»	»	»	Al sig. Luigi Magenta (Vigevano)
»	»	»	Al sig. Quinto Marchionni (Pesaro)
»	»	»	Al sig. Guido Marvelli (Bologna)
»	»	»	Al sig. Renato Trinco (Trento)
20	»	»	Al sig. Adolf Huber (Fulda)
»	»	»	Al sig. Simon Adrianus Van Duin (Haarlem)
»	»	»	Al sig. Johannes Gerardus Visser (Haarlem)

La croce di Dama dell'Ordine di San Silvestro

20	dicembre	2003	Alla sig.ra Liselotte Hamberger (Fulda)

NECROLOGIO

29	dicembre	2003	Mons. Michael A. Courtney, Arcivescovo tit. di Eanach Dúin.
»	»	»	Mons. Joseph H. Soudant, Vescovo em. di Palembang (*Indonesia*).
2	gennaio	2004	Mons. Maurice J. A. Pourchet, Vescovo em. di Saint-Flour (*Francia*).
»	»	»	Mons. Leonce A. Van Peteghem, Vescovo em. di Gent (*Belgio*).
10	»	»	Mons. Angel A. Polachini Rodríguez, Vescovo em. di Guanare (*Venezuela*).
»	»	»	Mons. Guido M. Casullo, Vescovo em. di Zé Doca (*Brasile*).
14	»	»	Mons. Noel D. Daly, Vescovo em. di Sandhurst (*Australia*).
26	»	»	Mons. Paul Mambe Mukanga, Vescovo di Kindu (*Rep. Democratica del Congo*).
28	»	»	Mons. Franz Žak, Vescovo em. di Sankt Pölten (*Austria*).
29	»	»	Mons. Walter Jansen, Vescovo tit. di Barica.
1	febbraio	»	Mons. George H. Speltz, Vescovo em. di Saint Cloud (*Stati Uniti d'America*).
2	»	»	Mons. Gabriel M. J. Matagrin, Vescovo em. di Grenoble (*Francia*).